Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



Dnc qn ab his: que retuli: aliquantum sacra historia dissentit:
aperiamus ea: que veris his continentur: ne poetarū inep
tias in accusandis religionibus sequi ac probare uideamur.
Haec h. veri sunt. Exim. Saturnus uxorem duxit opem. Titan qui ma
ior natu erat. postulat ut ipse regnaret: ubi uesta mater eorum & soro
res Ceres atq ops suadent Saturno. ut de regno non concedat fratri. sibi tū:
qui facie deterior esset: q̄ Saturnus: idcirco & q̄ iudebat. atq; sorores suas
operam dare: uti Saturnus regnaret: concessit ei. ut is regnaret: statq; pac
tus est cum Saturno. uti: siquid liberum uirilis sexus ei natum esset:
ne quid educaret: sed eius rei causa fecit: uti ad suos gnatos regnū redire:
Tum Saturno filius: qui primus natus est: eum necauerunt: Deinde
posterius nati sunt gemini Iuppiter atq; Iuno. Tunc Iunonem Saturno
in conspectu dedere: atq; Iouem clam abscondunt: dantq; eum Vestae
educandum celantes Saturno: Item Neptunū clam Saturno ops punt:
eumq; clanculum abscondit ad eundem modum. Tertio partu ops punt
geminos plutonem & glaucam. Pluto latine est diespiter. Alij ortū vocā
sibi filiā glaucam Saturno ostendit. & filium plutonem coelant atq; absco
dunt. Deinde p̄ glauci partu moritur: Haec uti scripta sunt: Iouis fratr
q; eius stirps atq; agnitio in hunc modum nobis ex sacra scriptione tradita
est: Item paulo post haec infert: Deinde Titan postq̄ resciuit Saturno filios
procreatos: atq; educatos esse: clam sese ducit secum filios suos qui titanivo
cantur: fratremq; suum Saturnum atq; opem comprehendit: eosq;
muro circūcegit: & custodiam his apponit: Haec historia q̄ veri sit doc
Sibilla erythrea eadem fere dicens: nisi q̄ in paucis: quae ad rem nō atti
nent: discrepat: Liberatur ergo Iuppiter suum celeris crimine: q̄ prem
uinculis compedibus prohibetur: Id h. titan patruus fecit: q̄ ille contra pac
tionem iusq; iurandum maris liberos subtulisset: Reliqua historia sic
contexitur. Iouem adultum cum audisset patrem atq; matrem custodi
ri circūcep circūseptos. atq; in uinculis coniectos cum magna cretensium
multitudine: Titanum ac filios eius pugnando uicisse. atq; iam cretum
remeasse: Post haec deinde Saturno datam sortem. ut caueret ne filius eū
regno expelleret: illum deuandae sortis atq; effugiendi periculi gratia insidi
atum Iouis: ut eum necaret: Iouem agnitis insidijs regnum sibi denuo
vindicasse ac fugasse Saturnum: Qui cum iactatus esset pomis ter
ris: psequentibus armatis: quos ad eum comprehendendum uel necan
dum Iuppiter miserat: tuix in ptalia locum in quo latere & inuenit:
Sequitur capitulum quintumdecimum :